



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Materia Lectionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

tuum velut mercatum seu Nundinas intuearis, ideoque illud Siracidis monitum c. 9. in mente semper habeas: *Quidam que potest facere manus tua, instanter operare, quia nemo propter, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud invidiosos, quò tu properas.* Prima ergo cura sit, ut bonam temporis rationem habeas, credens, nihil eo esse pretiosius, propter ea, quæ ad majus Dei obsequium, tuumque, ac proximi profectum fieri possunt; unde perdere vel minimam partem temporis est aliquem vitæ aut talentorum usum perdere, quæ talenta quò nobiliora sunt, tantò major & reprehensibilior est peritura temporis, maxime cum, si semel lapsum est, recuperare nequeat, sed id, quod crastino die fieri potest, crastino deestur. 4. Ut per frequentes recollectiones proposita tua ad duò renoves; nam, ut pius Asceta l. 1. c. 19. rectè advertebat: *secundum propositum nostrum cursus profectus nostri spiritus nim fortiter proponens sepe deficit, quid illi, qui raro minus fixè aliquid proponit.* Certè quantopere hoc medium conducatur ad profectum, pulchrè indicavit S. Gregorius l. 1. moral. c. 2. dicens: *Animus noster, dum igne amoris excandescit, semper in se servat charitatem pulchritudinis quotidianam innovatione fervoris; nescit enim mens per teporem veterascere, qua studet per desiderium semper innovari.* Hinc namque per Paulum dicitur. *Renovamini spiritu mentis vestra.* Hinc Psalmista, qui ad perfectionis culmen jam pervenerat, quasi inchoans dicebat: *Dixi, nunc cessabo, quia si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, salde necesse est, ut inchoare nos quotidie credamus.*

Materia Lectionis.

Ex libello de imitatione Christi legatur l. 3. c. 21.

Ex libro Ascetico & Historico unum, alterumve capitulum.

Ex libello Exercitiorum Regulæ seu notanda de scrupulis, quæ quidem in compendio ad sequentes tres revocari possunt.

Regula I.

Duplex est species scrupuli. Prior est scrupulus improprie dictus, cum ex proprio judicio aliquid censetur esse peccatum, quod non est tale, ut cum quis crimini sibi vertit, culpam ex palcis formatam calcasse; & hic scrupulus utpote erroris